

De Scluro. CAP. XXIX.

SILVRVS recens in cibo sumptus, probè nutrit, & bonam facit aluum: sale verò conditus, vix alimentum ullum subministrat. Arteriam tamen expurgat, vocique splendorem affert. Imposita verò saliti caro, aculeos & infixa corpori spicula extrahit. Ipsius quoque muria, dysentericis circa principia conuenit ad infessus: quippe quæ fluxiones ad summa cutis eliciat. Quia & iſchiadicis infusa medetur.

De Smaride. CAP. XXX.

SMARIDI salitæ caput exustum tritumque, excrescentes in ulceribus carnes cohibet, nomásque compescit: clavos thymosque absunit. Caro, quemadmodum & salsamentum omne, prodest à scorpione ictis, & à cane demorsis.

De Mana. CAP. XXXI.

MAENAE quoque caput vstum tritumque si inspergatur, callosas sedis rha-gadas emendat. Ipsius verò garum, in ore putrefacta vlcera collutione sedat.

De Gobio. CAP. XXXII.

GOBIVM recentem si in suillum ventriculum immiseris, & consuta rima in duodecim aquæ sextariis donec duo superfluit decoixeris, excolatimque ius ac sub diu refrigeratum potui dederis, aluum citra

perturbationem subduces. Potrò impositus, iis qui à canibus serpentibusve demorsi fuerint, auxiliatur.

Desaisamento quod Omotarichon appellatur.

C A P . X X X I V .

O VEM Omotarichum vocant, conditae nei thunni caro est. Hæc sumpta iis auxiliatur, quos viperæ, prester diæta, morderit. Sed eopportet vinum quamplurimum subinde cogantur haurire, ita ut vomitione reddatur. Ad ea itidem maximè conuenit, ad quæ & cætera quæ in alimenterum genere sunt acria. Canum quoque morsibus utiliter imponitur.

De Garo. C A P . X X X I V I I .

G ARVM omne quod è piscibus carnibusque sale maceratis eliquescit, nomas cohibet, & morsis à cane medetur. Dysentericis quoque & ischiadicis infunditur: illis quidem, ut intestinorum ulcera compescat atque coerceat: his vero, ut intestina ipsa, quamvis minimè exulcerata, ad infectantes coxam humores euacuandos stimulet ac proritet.

De recentium piscium Insculo.

C A P . X X V .

RECENTIVM piscium Ius modò per se, modò ex vino potum, aliuum subducit. Peculiariter autem ad hunc usum preparatum

paratur è phycidibus, scorpionibus, iulidi-
bus, percis & aliis saxatilibus teneris, nec vi-
rus resipientibus. Coqui verò debent sim-
pliciter in aqua, additis oleo, anetho & sale.

De Cirriscibus. CAP. XXXVI.

CIRRICES qui in cubilibus enascuntur,
numero septeni cum fabis in cibos ad-
diti & ante accessiones deuorati, quartana
laborantibus auxilio sunt. Quin & citra fa-
bas deuorati, demorfis ab alpide prosunt.
Vulnæ strangulatione affectas olfactu reuo-
cant. Cæterum sanguisugas cum vino aut
aceto poti pellunt. Triti verò & vrinariae fi-
stulae impositi, vrinxæ difficultati medentur.

De Millepeditis. CAP. XXXVII.

MILLEPEDAE quæ sub vasis aquariis
reperiuntur, animalcula sunt multo-
rum pedum, quæ quidem contacta mani-
bus, in globulos sese contrahunt. Hæ ex vi-
no potæ, vrinxæ difficultati ac regio morbo
auxiliantur. Iilitæ verò cum melle, angina
correptis prosunt. Tritæ & in cortice inali
Punici addito rosaceo calfactæ, ad dentium
dolores efficaciter instillantur.

De Blatta. CAP. XXXVIII.

BLATTÆ eius quæ in pistinis reperi-
tur interanea trita cum oleo, doctores au-
rium instillatu mitigant.

De Pulmone marsino. CAP. XXXIX.

P V L M O marinus recens tritus , pernicio-
nibus podagrāque laborantibus opitu-
latur.

De Pulmone fuislo. CAP. XL.

S V I L L V S , agninus , vrsinūisque Pulmo ,
impositu attritus à calceamentis contra-
etos ab inflammatione tuentur.

De Pulmone Vulpino. CAP. XLI.

Quin & vulpis Pulmo si arefactus biba-
tur , suspiciofos adiuuat . Eiusdem verò adeps
liquefactus infusūisque , auris dolorē sedat .

De Hepate asinino. CAP. XLII.

A S I N I iecur inassatum , esu comitiali-
bus prodest : verùm id ieiunos sumere
oportet .

De masculi cervi Genitali.

CAP. XLIII.

G ENITALE cerui maris tritum ex vi-
no potū , à viperā demorsis auxiliatur .

De asinorum Vngulis. CAP. XLIV.

V NGVLA E asinorum vstæ , ad dies mul-
tos cochlearibus binis potæ , comitia-
libus prodesse narrantur . Oleo verò suba-
ctæ , strumas discutiunt : inspersæ quoque ,
pernionibus medentur .

De equorum Lichenibus. CAP. XLV.

L ICHENES equorum , calli sunt circa
genua & yngulas in earum partium fle-